


De Didone et Aenea



Postquam Graeci urbem expugnāvērunt et incendērunt, aliquot Troiani Aenea duce Troia effugērunt.



Qui in Italiam navigare in animo habebant.

Dei enim per Anchisem, patrem Aeneae, futura praedixerant:


Vos Troiani in Italiam navigabitis, ubi patriam novam inveniētis.



Quae gens urbem novam nomine Romam condet et imperium suum usque ad fines orbis terrarum promovēbit.



Post longos errores et multa pericula...



.. Troiani denique orae Italiae appropinquabant,..



**TERRAAA
IN
CONSPECTUUUU !!!**

... cum subito magna tempestas coorta est:



In mari multae naves periērunt.



Aegre Troiani naves ad Africam appulērunt, ...




... ubi Dido regina regnabat.
Quae naufragos amicissime accēpit.



Urbem novam,
hospitēs,
aedificare coepi.
Si Carthago, urbs nova,
vobis placet,
nobiscum in Africa
manēre
potestis.

Dido Aeneam amabat, ...



.. Aeneas Didonem amabat, ...




Hic bene et iucundē vivētis,
nam vos curabo cunctīsque rēbus,
quibus vobis opus erit, afficiam.




Itaque Troiani apud Didonem manēbant.

... erant laeti beatique.

Aliquando autem Mercurius, nuntius deorum, Aeneam adiit:



*Dei valde irati sunt!
Cur tam diu in Africa manes?
Quando in Italiam abibis,
ut dei iussērunt?
Relinque Carthaginem,
relinque Didonem!*



Aeneas maestus imperio deorum paruit et Africam reliquit.

Dido autem irā et dolore commota mortem sibi conscivit.



In Italia Aeneas rē vera patriam novam inveniet...

... Laviniamque, filiam Latini regis, in matrimonium ducet,...



... ē quā filium nomine Silvium habēbit.



